

Johann Bacmeister

**Rector Academiae Rostochiensis Joannes Bacmeisterus, Phil. & Med. Doctor ac  
Professor. Ad exequiale officium ... Catharinae Schwartzkopfs/ Coniugis ... viri,  
Dn. D. Johannis Sibrandi, Antecessoris & Syndici huius Academiae ... Omnes  
omnium ordinum cives Academicos officiose & amanter invitat**

Rostochi[i]: Pedanus, 1629

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774762683>

Druck    Freier  Zugang



Bacmeister, J.,

in

C. Schwartzkopf,

uxor. ~~J.~~ Sibrand.

Rostock, 1629.

63.



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn774762683/phys\\_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774762683/phys_0002)

DFG





RECTOR  
ACADEMIE ROSTOCHIENSIS  
JOANNES BACMEISTERUS,

Phil. & Med. Doctor ac Professor.

Ad exequiale officium

Honestissima & primaria matrona,

CATHARINA  
SCHWARZBOPFG/

Conjugis Clarissimi, Consultissimi & doctissi-  
mi viri,

Dn. D. JOHANNIS SIBRANDI,  
Antecessoris & Syndici hujus  
Academie celeberrimi & meritissimi.

In memoriâ D. Nicolao Sacro bodiè ad horam me-  
diâ primam prestantum.

Omnes omnium ordinum cives Aca-  
demie officiosè & amanter invitati,



ROSTOCHI  
Exscripsit typis JOACHIMUS PEDANUS Acad. Typ-  
Anno ciso 15 CXXIX.



RECTOR  
ACADEMIE ROSTOCHIENSIS,  
**JOANNES BACMEISTERUS,**  
Phil. & Med. Doct. ac Professor.

N hoc tristi & funesto tempore, quo plures quam alias, ex hac vita abripiuntur homines per mortem, multi communem sentiunt misericordiam, & penetrantem in domos ac thalamos suos virginam divinam, qua justo Dei judicio propter peccata nostra ferimur & affligimur: aliqui ad vitandum periculum imminens metu diffugiunt, nonnulli securi sunt, & voluptatibus suis indulgentes, immunes se fore à peste extiali & in tenebris grassante, arbitrantur, nec causas calamitatis hujus publicæ intelligunt. Pij verò & Deum timentes, nec metu trepidant aut terrentur nimium, nec franguntur prorsus merore in casibus domesticis, nec securè

Curè contemnunt iram Dei, jam hos jam alios  
percutientem, sed sciunt Deum justum simul  
& misericordem esse, nec effundere omnem  
iram suam, verum semper in media ira recor-  
dari misericordiæ suæ, Quare onus à Deo im-  
positum, ipsorum quoq; domos & familias vi-  
stante, obedienter accipiunt, & de gratia arque  
protectione ejus ac clementissima oneris miti-  
gatione optima quæq; sibi pollicentur. Huic  
enim nos vivere & mori, ac omnes capillos ca-  
pitis nostri númeratos esse, nec vel unum de iis  
excidere aut perire, absq; Dei ut cœlestis patris,  
& creatoris voluntate, ex ipsius filij ejus dul-  
cissima promissione indubitato statuunt, ac si-  
mul resurrectionem carnis credunt firmissime,  
& vitam futuri seculi, in qua & nunc animæ  
in Domino piè defunctorum tranquillè vi-  
vunt, & conspectu Dei ac gaudio perpetuo,  
cum omnibus electis sine fine fruuntur, & redi-  
ditæ in extrema die corporibus suis resuscita-  
tis & glorificatis, rursus conjungentur illis, à  
quibus in hoc mundo per mortem fuerunt ab-  
stracti, ut sic cū Domino suo Jesu Christo sint &  
& vivant in æternum; ubi lætitia sine tristitia,  
salus sine dolore, via sine labore, lux sine tene-  
bris, vita sine morte, omne bonum sine omni

malo; ubi juventus nunquam senescit, ubi vi-  
ta terminum nescit, ubi decor nunquam palle-  
scit, ubi amor nunquam tepescit, ubi sanitas  
nunquam marcescit, ubi gaudium nunquam  
decrescit, ubi dolor nunquam sentitur, ubi ge-  
mitus nunquam auditur, ubi triste nihil vide-  
tur, ubi non erit hostis impugnans, nec ulla il-  
lecebra, sed summa & certa securitas, secura-  
tranquillitas, & tranquilla jucunditas, jucun-  
da felicitas, felix aeternitas, aeterna beatitudo,  
& beata Trinitas, & Trinitatis Unitas, & Uni-  
tatis Deitas, & Deitatis beata visio. Hac  
consolatione hisq; piis cogitationibus, sustenta-  
bit & eriget se Clarissimus & Consultissimus  
vir Dominus JOHANNES SIBRANDUS J.U.  
Doctor & Academiæ nostræ Antecessor ac Syn-  
dicus Celeberrimus & præclarè meritus Domi-  
nus Collega, affinis & amicus noster honoran-  
dus, in acerbissimo luctu ob carissimæ conju-  
gis CATHARINÆ Guarkekopffs/matronæ  
pientissimæ & honoratissimæ, præmaturum &  
insperatum obitum; quæ præterita die Domi-  
nico affinem suam, exacto puerperij tempore,  
pro more in templum comitata sensit se habere  
aliquantò incommodius, quod malum brevi  
temporis inter vallo usq; adeò vires sumpfit,

ut

ut nullis remedij adhibitis cedere voluerit,  
sed nudius tertius intra 9. & 10. antemeridiana-  
nam, finem vitæ ipsi attulerit. Nata est autem  
piè defuncta hæc matrona in vicina urbe Van-  
dalica & Anseatica Wismariensi, ex præcipua &  
patritiæ illius loci Suartzkopiorum familia An-  
no superioris seculi 1579. Patre viro amplissi-  
mo & prudentissimo Domino C A S P A R O  
**Schwarzkopff** Consule ibidem, multo rerū usu  
& experientia præstantissimo ac meritissimo ;  
matre M A R G A R E T A Glensburges. / Sena-  
toris illius Reipubl. præcipui filia. Avum pa-  
ternum habuit virum amplissimum Dn. G E-  
ORG I U M **Schwarzkopff** / itidem Wismariæ  
Consulem fidelissimum ; aviam vero N. Vossen  
cujus parens, consularem quoq; dignitatem illo  
in loco, magna cum laude gessit. Ex honestissima  
hac & primaria familia orta hæc laudatissima  
matrona, à parentibus suis carissimis, ad pietä-  
tem, modestiam omnesq; virtutes sexum fœmi-  
neum condecorantibus, à prima juventute di-  
ligenter informata & instituta fuit ; ita ut nu-  
bilis facta, non deessent, qui modestia, venu-  
state & morum suavitate, quæ in ipsa appare-  
bant, allecti, honestè ejus ambirent nuptias. Sed  
disponente ita divino numine , in matrimo-

A 3

num

nium cessit Dn. FRIDERICO HEINIO, civi  
Reipubl. Wismariensis primario, Consultissi-  
mi viri Dn. FRIDERICI HEINII, J.U. Do-  
ctoris, primum Consiliarij Megapolitani & hu-  
jus Academiæ Professoris, postea vero Reipubl.  
hujus Rhodopolitanæ Consulis & Syndici Ce-  
leberrimi filio ; quo cum nuptias solenniter ce-  
lebravit Anno 1603. 24. Maij & per decennium  
integrum in pacato , concordi & suavi vixit  
conjugio, ex eoq; unicum suscepit filium patri  
homonymum, in prima pueritia iterum extin-  
ctum. Illo autem anno 1613. die 1. April. è vivis  
sublato, turturis instar , per annos undecim,  
tristis & gemebunda in viduitate permanxit,  
donec tandem ex singulari Dei providentia, ad  
secunda transiret vota, & Amplissimo & Con-  
sultissimo viro Dn. D. JOANNI SIBRAN-  
DO, Collegæ, affini & amico nostro honorando,  
post prioris conjugis ANNÆ SCHILLIN-  
GI Æ obitum, qui incidit in 16. diem Februarij  
Anni 621. Connubiali fœdere jungeretur, anno  
622. die 26. Novemb. Ab illo tempore in conju-  
gio pleno pietatis, concordiae & suavitatis, ma-  
rito carissimo, quem nunc mœstissimum post  
se relinquit viduum, cohabitavit. Licet vero  
in hoc conjugio mater facta non sit ; tamen ma-  
riti

riti carissimi liberos ex priori matrimonio suscep-  
tos, non aliter ac ex sese natos dilexit, o-  
mniq; genere pietatis prosecuta est, qui ipsam  
vicissim ut genuinam matrem coluerunt, &  
obitum ipsius immaturum ex animo lugent.  
Convictus enim hujus matronæ fuit plenus  
comitatis & modestiæ. Vitam verò ita insti-  
tuit, ut verè pia in Deum; officiosa in prox-  
imum; in egenos benigna; in rebus agendis  
prudens & circumspecta esset, itaq; in rebus  
Oeconomicis sese gereret, ut merito nemo ha-  
beret quod in illa desideraret. Longiori utique  
vita fuisset digna! Sed cum Deo placue-  
rit anima illius, ipst quæ placuere, nobis pau-  
lo post subsecuturis, displicere non debent. Hu-  
jus autem beatæ matronæ exuviaæ, cum ho-  
dierno die in templo D. Nicolao sacro horâ  
media prima, solemnî apud nos Christiano  
ritu terræ mandandæ sint; omnes Academiæ  
nostræ cives, Dominos Professores, Doctores,  
Concionatores, magistros ac studiosos adole-  
scentes, officiosè & amanter rogamus & hor-  
ramur ut dicta hora in templo Nicolaitano  
convenire, frequenti sua præsentia ejus exe-  
quias cohonestare & illud officium ei præ-  
stare non recufent, quod pietas exigit, & nobis

ab

ab alijs quondam præstari singuli exoptamus:  
in eoque mestissimo viduo amorem & grati-  
tudinem tanquam Collegæ & præceptoris suo  
debitam piè contestentur, Deumque pro aver-  
renda lue pestifera alijsque malis imminentia-  
bus serio invocent. P.P. Sub sigillo Rectora-  
tus 30, Julij Anno cl<sup>o</sup> I<sup>c</sup> XXIX.





GK



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn774762683/phys\\_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774762683/phys_0015)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn774762683/phys\\_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774762683/phys_0016)



ut nullis remedijs adhibitis cede-  
sed nudius tertius intra 9. & 10. a-  
nam, finem vitæ ipsi attulerit. Na-  
piè defuncta hæc matrona in vici-  
dalica & Anseatica Wismariensi, e-  
patriitia illius loci Suartzkopiorum  
no superioris seculi 1579. Patre v-  
mo & prudentissimo Domino C.  
**Schwarzkopff** Consule ibidem, m-  
& experientia præstantissimo ac-  
matre M A R G A R E T A Glensbu-  
toris illius Reipubl. præcipui fili-  
ternum habuit virum amplissim-  
ORG I U M **Schwarzkopff** itide  
Consulem fidelissimum; aviam v-  
cujus parens, consularem quoq; di-  
in loco, magna cum laude gessit. Ex-  
hac & primaria familia orta hæc  
matrona, à parentibus suis carissi-  
tem, modestiam omnesq; virtutes  
neum condecorantibus, à prima  
ligenter informata & instituta fu-  
bilis facta, non deessent; qui mo-  
state & morum suavitate, quæ in-  
bant, allecti, honestè ejus ambiren-  
disponente ita divino numine.

A 3



Gia-  
emu-  
un-  
&  
An-  
ssi-  
CO  
usu-  
no;  
na-  
pa-  
rE  
ríæ-  
ßen-  
illo-  
ma-  
ima-  
eta-  
mi-  
di-  
nu-  
nu-  
are-  
Sed  
mo-  
lum